

PRIONODON OTIOPHYLLUS Card. - Caulis primarius repens secundarius erectus, 5-10 centim. longus, pinnatus, ramis inaequalibus patulis. Folia subcompressa, siccitate distincte triplicata, e basi ovata vel oblonga, auriculis minutis sed pulchre distinctis, crenulatis denticulatisve praedita, in acumen elongatum, subcultriforme, acutum, siccitate undulatulum producta, marginibus ubique inaequaliter serratis, costa sat procul ab apice evanida, cellulis inferioribus linearibus, caeteris lineari-rhomboidalibus oblongisve, parietibus parum incrassatis, nonnullis tantum juxta basin aliquid porosis, omnibus in pagina dorali papilla singula prominente medio notatis, alaribus perpauca et parum distinctis, nec incrassatis, nec serratis, nonnullis infra auriculas, ad insertionem folii, majusculis, laxiusculis, subhyalinis. Caetera desiderantur.

Etat de Morelos: près de Cuernavaca. 1908 (Pringle, n. 15184). Espèce très remarquable par ses feuilles auriculées. La seule autre espèce du genre présentant ce caractère est le *P. auriculatus* Angstr. du Brésil, dont l'espèce nouvelle diffère d'ailleurs par ses tiges pennées, par ses feuilles dentées dès la base et par les cellules alaires peu nombreuses et peu différenciées: ce dernier caractère la distingue de toutes les autres espèces décrites jusqu'ici

Rev. Bryol. 37:7 1910